Handschriften / Autographen

Tagebuch von Heinrich Wilhelm Ludolf.

Ludolf, Heinrich Wilhelm

o.O., 13.01.1701-31.10.1711

1711

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-176785

ὑμεῖς ἐκ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν.

In hoc versu totum Mysterium Mortis in Diabolo, et Vitæ in Christo continetur. Diabolus deserendo Stationem suam in VERITATE seu fonte Vitæ, se ipsum fallebat adeoque mendax et Pater omnis mendacii fiebat; hoc mendacii impulsu primum hominem a fonte Vitæ ~~[illegible]~~ seducendo ipsum Morti secum involvebat, adeoque a principio homicida existebat. Omnes è corrupta natura originem trahentes, adeoque indole diabolica præditi ipsum Patrem agnoscunt, et quamdiu desideria Patris hujus mendacis exequi conantur, se ipsos magis magisque destruunt. Sed qui φθορᾶς ἐν ἐπιθυμίᾳ ἐν κόσμῳ ἀποφυγόντες, / sincera contritione corruptionem concupiscentiæ hujus mundi aversantes, atque Vocem Veritatis rursum quærentes et auscultantes, hoc VERBUM veritatis custodientes in corde puro ac Firmo, illique nutriri permittentes, Vires per istud panem Vitæ, qui simul Medicina est contra vulnera, paulatim recipiunt, ad repellenda omnia Satanæ molimina, et ad evitandos omnes Serpentis antiqui laqueos, donec certato fideliter bono certamine coronam gloriæ ab Autore et Consummatore Fidei nostræ accipiant.

In versu sequenti continetur fundamentum Restaurationis nostri, nimirum Christus loquendo Veritatem, si quæ in ipso est, Voci Suæ obsequentibus, credentibus Vires mendacii destructrices confert.

In pagina praecedenti descripta Apo-
stasia, Imperium Tenebrarum et Mor-
tis toti generi humano inducens, debellan-
da erat per Veritatem, seu Boni ema-
nationem; antequam id quod a Deo
desciverat, in gratiam cum Deo redire
amissamq felicitatem recuperare po-
terat. In vers. 7. Cap. XLII. Esai recense-
tur opus Redemptionis, 1) aperiendo
oculos caecos. 2) educendo Vinctos
è vinculis 3) liberando è carcere
tenebrarum. Compedes, quib. Princeps
tenebrarum illaqueatos, tenebat servos
peccati, fracti sunt dum Salvator per
mortem vicit Principem mortis, unde
jam invitum neminem sub potestate
sua retinere potest. Ita opus Salutis
nostrae, sive Amor Dei in nobis perficitur
1) Ostendendo nostram miseriam 2) Vires
conferendo ad exeundum è vinculis et
carcere tenebrarum.

Captivitas tenebrarum veteris hominis in eo consistit,
quod è terra et hoc mundo, huic pereunti tempori sub-
jecto, carnalem suam compositionem adeptus,
per concupiscentiam peccatum, Spiritui tenebrarum
subditam; inde Voluntatem carnalem, terrestrem mundanam
habeat etc +

+ in qua Voluntate ἐνεργεῖ [illegible] τῆς ἐξουσίας τοῦ [illegible] ἀπάτης. Servi mortis et inferni existunt.

1. Petr. 1. 13.

Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν, νήφοντες, τελείως ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Sobrii, sive abstinentes a concupiscentia partis corruptibilis, corruptibilium appetentis, mentem vestram roborate, cohibendo evagationem cogitationum vestrarum, spe firma freti in cognitione I. Christi oblatam vobis gratiam, amorem Dei in vobis perfectivam, atq ab omnibus vos prorsus liberativam, quae obstaculo sunt, ut Christus in vobis morari, atq gloriam Patris sui coelestis ibi manifestare possit.

Huc spectat ille versus Esa. XI. virgâ oris sui percutiet terram atq Spiritu labiorum suorum interficiet malignum, ut cingulum lumborum suorum i: Robur sit in Iustitia et Fide. Quod hic Toti corpori Ecclesiae Universali promittitur, nullo non tempore in aliquibus fidelibus impletum est. Id quod gaudium et felicitatem istius temporis animae confert, quae saepe spes istius gloriosi Status Ecclesiae suavissime afficitur.

διάνοια mentis agitatio

Quando jubemur in ἀγῶνι cum patientia absolvere curriculum nostrum, intuentes Jesum Christum τὸν ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν τῆς πίστεως ἡμῶν, innuitur (1) intuendum ipsius exemplum (2) omnem fiduciam in illo collocandam, (3) ipsi ascribenda omnia quæ principium, medium et finem salutis nostræ concernunt.

Data illi potestas super omnem carnem, sive claves mortis et inferni, Jus et potentiam liberandi et salvandi ad ipsum venientes confert, nemo autem salvari potest nisi per πᾶν τὸ γεγεννημένον ἀπὸ τοῦ θεοῦ, τὸ ὁποῖον εἶναι τὸ [illegible] sive τὸ אחד, πλήρωμα τῆς θεότητος quod in ישוע concentratum, a Jesu in se credentibus collatum sive communicatum, Vitam æternam in Victoria supra Principem hujus mundi largitur.

Dum Salvatori nostro insidens splendor gloriæ Patris Coelestis radios suos immittit, his cordibus aures suas voci suæ arrigentibus, atque hac ratione sceptro oris sui terrestrem carnalem indolem percutiendo, et Spiritu labiorum suorum infernalem malitiam necando domicilia Spiritus Sapientiæ, Intelligentiæ, Consilii et Potentiæ cognitionis et Venerationis Dei efficit.

D. 29. april

Jacob. 1. 8. ἀνὴρ δίψυχος ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ

Haec duplicitas animi sive divisio cordis, est illa tepor propter quem Christus infideles ex ore suo evomere minitatur. Homo exinde instabilis hinc inde jactatur, quoniam voluntatem suam interdum a magnetismo centri tenebrosi, interdum a magnetismo centri luminosi moveri sinit. Quare vera viva Fides, consistit in traditione Voluntatis nostrae illi Luci, quae Tenebras, seu fontem et radicem peccati mortis et Inferni debellare potest. Plena autem victoria in hac lucta inter carnem et Spiritum non obtinetur, nisi per praedictam in pugna praec. respectum ad Christum,

(1) considerando amorem infinitum Dei in traditione Filii sui, inde inflammatis omne cordis ad mutuum amorem experiendo.
(2) ex hoc impulsu amoris libenter omnia perferendo, quibus semen serpentis erodi, cardum alias capitis ejus conterendum; cogitando quanta Christus pro nobis passus sit.
(3) Ejus intercessioni omnia tribuendo quae vel obtinuimus vel speramus.
(4) Firmâ fiducia certi ipsius intercessione a Patre suo Coelesti nihil negari posse. Quoniam pretium Redemptionis Sanguine et Morte sua persolvit.

O. 6. Maji 1711 Levit. XX. 7.

הוקדישתם והייתם קדשים כי אני יהוה אלהיכם

Quoniam is Ens Entium Deus Vester Sanctus est, ideo vobis studendum est Sanctimoniæ separando vos ab impuritate et fiendo Sancti.

Ideo S. Paulus dicit Voluntatem Dei esse nostram Sanctificationem, non solum modo quoniam Deus expetit nostram Sanctificationem, ut amoris sui, nos participes reddere possit; sed quoque Paulus iisdem verbis innuit, quod Sanctifi„catio nostra consistat in Voluntate Divina, postquam Veritas, Voluntatem nostram fallacem, à Patre mendacii dependentem destruxit. Hac ratione Voluntatem Divinam faciens, fit cognatus Christi, per adeptionem illius Sanctimoniæ Ex virtute uniente amoris aeterni ortâ; Nil enim perire potest quod est in Deo et in quo Deus est. Qualis est Status beatarum animarum, in quibus Christus Patris sui nomen Manifestavit, hunc effectum producens, ἵνα ἡ ἀγάπη ἣν ἠγάπησάς με ἐν αὐτοῖς ᾖ κἀγὼ ἐν αὐτοῖς

Permanet in aeternum.

a 13. Maji Joh. XV. 27. Vos per Spiritum Vos inhabitantem de Me testabimini.

καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε ὅτι ἀπ᾽ ἀρχῆς μετ᾽ ἐμοῦ ἐστε

Quando in versu præcedenti Spiritus S. consolator vocatur, et officium ejus perhibetur esse ut testetur de Christo. Salvator noster hoc innuere videtur, animam per pœnitentiam ad Christum reversam, et in fide se Salvatori suo permittentem, per Spiritum Sanctum maximam experiri consolationem, in omnibus tentationibus a Spiritu tenebrarum in carne et mundo operantem intentatis, hoc testimonio et hac fiducia, quod Lux et Veritas, semen et pabulum interni hominis, fortior sit, quam tenebræ et mendacium, per maledictionem corruptam naturam ingressa. Sicuti vero in Jesu Christo Vita triumphavit de morte per mortem, et Humana Christi Natura per hanc Victoriam ad dextram Dei delata est ita hujus Victoriæ participes erunt omnes eadem Natura præditi, et tractui lucis se permittentes, in patientia felicem exitum ~~esse carnem~~ expectabunt e lucta inter carnem et Spiritum. Tales ἀπ᾽ ἀρχῆς μετὰ Χριστοῦ centro animæ ~~sc.~~ primario cordis nisu cum Christo conjuncti: quoque testes erunt de gloria Salvatoris principem hujus mundi vincentis.

Consolatione de Majori Christi potentia/potestate fortiorem superante hominem regeneratum [illegible], quoniam hostis per instrumenta sua fidelem animam eo majori vi et astutia aggreditur, quo majorem gratiam in oculis [illegible] spiritu ambitus invenit, 2 Cor. 12. 8. et seq. Jugum Christi perferatur, e mundi maledicti omni evaluro.

☿ 30 Maji. Ies. XI. 4

והכה ארץ בשבט פיהו וברוח שפתיו
ימית רשע

Mediatorium Christi officium in Restauratione Imaginis Divinae consistens, opus hoc gloriosum amoris infinitè peragit; Sceptro Regni sui, quod est Verbum oris sui, terrestrem et carnalem indolem percutiendo et subjugando. Ac Spiritu labiorum suorum, Spiritum Satanicum super biam amoris proprii destruendo.

☉ 10. Junij 1711. 1 Joh. III. 14,

ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν μένει ἐν τῷ θανάτῳ

Postquam in versu 12. dictum, rationem homicidii Kaini fuisse, quod Kain è maligno Spiritu originem trahens, odio prosequebatur fratrem benè operantem. Johannes in hoc vers. 14. dicit, illum qui odit fratrem manere in morte, quoniam amor, fons vitae, odium fons mortis. Dum verò in initio hujus versus, dicitur, Verum Christianum transiisse è morte in vitam, hoc innuitur Fidem in Filium Dei, [illegible] liberare ab amore proprio, omnis odii et homicidii fonte.

f. 15 Junij. 1711. 2. Cor. IV. 4. εἰς τὸ μὴ αὐγά-
Ext σαι τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης
τοῦ Χριστοῦ.

Ex hoc versu patet quam diversos ceu, cepti moderni Christiani foveant de Evangelio Christi, historicam vel Imaginariam fide contenti. Cum Paulus in hoc versu indigitet, Verum Christianum per restitutionem Imaginis Divinae participationem gloriae Christi ex perivisis hoc impüs fuen contingere, quod amore terrenorum tenebris immersa anima occaecatur atque impediat radios solis, splendorem lucem evangelii immittere. In versu subsequenti 6. φωτισμὸς τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ. Irradiatio cognitionis gloriae Dei in facie J. C.

7. 26. Maij Dum Jeremias XV. 16. dicit: Inventa sunt verba tua, et edi ea, lætitiam cordis inde adeptus. Et Esaias. LV. 2. 3. Veniendo

שמעו שמוע
audit[illegible] audite,
[illegible] et internis

ad Deum, et audiendo, nos manducare et animam lætando pinguefieri, patet, quod Verbum oris Dei, amoris luminosa emanatio sit panis Vitæ, animam ad participationem gloriæ Divinæ nutriens; Hanc felicitatem Jeremias vocat: nominis divini adeptionem, et Esaias foedus æternum,
חסדי דוד הנאמנים ἡ δόξη τῆς χάριτος
ἐν ᾗ ἡμᾶς ἀγαπᾷ ἐν τῷ ἠγαπημένῳ

☉ 16. Sept.

Eph. IV. 27. μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ

p. 204 Cum odium, sit emanatio tenebrarum, seu fontis lethiferi, inde solicite cavendum ne Spiritui destructori potestatem in nos conferamus, indulgendo iræ, quæ ex latente in nobis semine serpentis propullulat. Per iram et odium dividimur ab invicem atque a Deo, sicuti per amorem e puro corde unimur invicem atque cum Deo, ὅτι ἐσμὲν ἀλλήλων μέλη. ver. 25. Beatus qui hoc Mysterium Christi, τὸ πάντα ἐν πᾶσι, intelligit, et per infinitam Dei gratiam se membrum vivum hujus corporis Deum glorificantis sentit.

Heart

Where yr. Treasure is there will your
heart be also.

Jam. iv. 8. Draw nigh to God,, purify yr.
hearts you doubleminded. 2. Thes. III. 5

Psal. 51. Create in me a clean heart

Psal. Teach me thy way,, Unite my heart
unto the fear of thy name.

1. Petr. III. 15. Sanctify the Lord God in yr. hearts.

Phil. IV. 7. The peace of God shall keep
yr. heart,

Since from the heart or Centre of the Soul
spring thoughts words and deeds by wch
God is either honoured or dishonoured
the great work of our Salvation depends
upon the purification of our heart. Which
is more or less impure as it is more or
less divided between God and Self. i.e. The
Love of the world and of the Creature
centring in Self.| Self, the Satanical Nature,
hinders us from drawing so often and so earnestly
nigh to God, as to feel more and more his drawing
nigh unto us in so powerfull a way that our peace
may be more and more established upon a sure foun-
dation, by sanctifying God in our hearts or giving our-
selves up to his holy Spirit. Till the God of Peace

shall have sanctifyed us wholly, that Spirit Soul and body may be preserved blamelesse. Then the good Shepherd will be himself our pasture and the Treasure of our hearts, feeding the faithfull soul with the Love of his Father, which heavenly food heales our wounds, strengthens us ag.st our enemys and changes us at last into ano ther creature.

END.

Rom VI. 22. Being freed from Sin and become the Servants of God, you have y.r fruit unto holinesse and the end eternal Life.

1 Tim. I. 5. the end of the commandment is Love of a pure heart.

1. Peh. IV. 7. The end of all things is nigh at hand therefore be sober and watch unto prayer

Matt. XXIV. 13 he that endures to the end shall be saved

Matt. capit. vers. ult. I am with you to the end of the world.

The design and end of Gods infinite Love in our Creation and Redemption being his Glory in our Happinesse, a pure heart or Holynesse is required for that intimate Union by which through Christ God lives in us and we in him unto all eternity. Since this Life

allowed for our purification is uncertain and holding out to the end necessary we ought to be watchfull to refrain from what may ensnare us and to turn our heart to God by prayer for his allmighty deliverance. Christs promising to be with his Church to the end of the world ought to give us this comfortable hope, that he will support us, till this world with all the snares and dangers of it is at an end as to us.

Ps. XXV. v. 8. 9.

Deus bonitate et justitia sua motus, peccatores, seu aberrantes a via recta quæ est via vitæ reducit in viam, et si fuerint humiles illos viam suam docet. Via autem Dei, est Lux, sive emanatio amoris sui, per pœnitentiam se versus hanc lucem convertentes, atq in illa luce ambulantes, sive luci lucis se tradentes, versus fontem hujus lucis attrahantur, ut tandem filii lucis fiant. Adeoq Via Dei versus Deum ducit, et merito vocatur אמת, quoniam neminem decipit dum in illa Deus est principium medium et finis.

☉ 30. Sept. 1. Cor. 1. 7.8.

ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσ-
ματι, ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ
κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὃς καὶ βεβαιώσει
ὑμᾶς ἕως τέλους, ἀνεγκλήτους ἐν τῇ ἡμέρᾳ
τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ita videmus quod per manifestationem Christi in Die ipsius, implendi simus omni gratia atque irreprehensibiles, postquam Lex Spiritus Vitae in ipso nova, nos liberavit a Lege peccati et mortis, animam humanam per lapsum ingressa. Dies Christi in sua persona erat dum victo per mortem principe mortis, per gloriam Patris resuscitatus, Coelum ascendebat atque humanam naturam assumptam ad dextram Patris collocabat. Dies Christi in qualibet fideli anima oritur, quando fidelis atque ad mortem facta, per mortem e morte in vitam transit, atque gloriae Salvatoris sui particeps facta, Imaginem Divinam per Christum in se restitutam experitur, hac ratione scopum infiniti amoris in Creatione et Redemptione assecuta.

Apparebit et illucescet tandem Dies Christi in toto corpore Ecclesiae, quando principis tenebrarum potestas hujus mundi adimetur.

Lex Vitæ Spiritus humani immortalis ~~continui~~, est Virtus amoris Divini attractiva cui fidelis anima se permittens, atq; è fonte omnis Lucis et Vitæ vires hauriens, magnum dissensum inferratem in concupiscentia animæ animalis consistentem vincit. adeoq; in luce ambulare, sive per fidem modo dictæ virtuti amoris divini se permittere, nos tandem filios lucis efficit, ut Salvatori similes facti videamus eum sicuti est.

ὑπομονῆς, Faciens voluntatem Dei Manet in æternum. 217

Patientia nobis opus est ad acquirendam promissam nobis in Christo gloriam et felicitatem Hebr. X 36. Colos. I. 11.
quandoquidem crucifigendus est vetus homo, propriæ carnalis Voluntatis, Satanæ Servus, si nostri juris fieri velimus in libertate Servorum et filiorum dei. Luc. XXI. 19
Imo major gradus gratiæ, majorem Vim et astutiam hostis nostri invidi excitat ita ut fructus boni seminis in patientia sint ferendi. Luc. VIII. 15
ita ut progressus noster versus perfectionem, quæ in Christo est, correspondeat gradui patientiæ Jac. I. 2. 3. 4
Hæc tamen primaria in omni afflictione consolatio est quod Fidelis anima patientia, Deum ipsum pro fonte habeat. Rom. XV. 5. et hac ratione Christus in Fide amplexus nos ad perferendam roboret, adeoq; nostra patientia, patientia Christi vocetur. 2. Thess. III. 5. Apoc. I. 9.

Ultimus versus Secundi Psalmi, in Hebr. Osculamini filium [בר] in ~~LXX.~~ apprehendite instructionem et castigationem.

Nos admonere potest doctrina Salvatoris de tollenda cruce, quoniam spiritus mundi eo magis nos infestat, quo magis per filium ad Patrem reverti, atque compedes tenebrarum excutere annitimur. Nam filius per fidem corda nostra purificat ejiciendo spiritum apostasiæ amore proprio et cupiditatibus carnalibus corda nostra inquinantem. Hinc illa lucta inter carnem et spiritum, et nos osculamur filium si patienter nos submittemus illis afflictionibus quibus protervitatem carnis castigat. Haec voluntati nostrae submissio est vera fides per quam Salvator ad se venientes purificat atque hoc modo adoptat ut per se Patrem suum eo frequentius et intimius adire, ibique aquam vivam haurire possint, quae flammas amoris impuri extinguit, et semen incorruptibile Verbi vivendi germinare facit.

Filius, qui est Veritas, Felicitatem nostram quaerit (1) infidelitatem reprehendendo (2) de Voluntate amorosa Patris instruendo. (3) in adversitate consolando. Ipsum respicientes Via Mortis in perversa voluntate propria relinquimus. 11

Dum hic Paulus dicit scripturam nos instruere debere ad spem concipiendam ex illis quae circa patientiam et consolationem ibi scripta sunt, commonefacit nos de stultitia eorum qui Scripturā solummodo utuntur, ut unum vel alterum difficilem locum explicare possint. Qui a Patre luminum hanc gratiam adipiscitur ut cruce et consolatione recte utatur, illam Veritatem addiscet quam Deus Christi discipulos docet, quae Veritas Creaturae Nihil et Creatoris Totum nos docet, simulque admonet de Miseria Creaturae a Creatore se avellentis, et de Felicitate Creaturae Creatorem suum Filiali obedientia respicientis, atque ex hoc Fonte Amoris Vivificantes Lucis Radios excipientis, quibus in Nomine Jesu Christi potentiam Tenebrarum in corrupta Natura latentem debellat, atque impletionem promissionis Salvatoris experitur, dum Vi, victae clavium mortis et inferni, sive potestate super omnem carnem acceptae Christus ad dextram Dei exaltatus ad se venientes, atque illi permanentes sua gloria participes reddere promisit.

Ex versu 23. Rom. VIII et Eph. IV. 30. id
vid. pa. sequentem apparere videtur tum demum Opus
gloriosum Redemptionis peractum esse
quando Corpus quoque Sacrificium
Vivum acceptum et Sanctum factum
est Spiritum animando inde ejecto.
Tum demum dies Christi illuxit
Satana sub pedibus nostris proculcato.

Psal. IV. 5. 6.

רגזו ואל תחטאו אמרו בלבבכם על משכבכם
ודמו: זבחו זבחי צדק ובטחו אל יהוה

Si commoveamini ira vel pavore nolite
peccare, ~~deserere~~ deflectere viam veram sed in corde
vestro in cubili Deo in silentio hoc exponite
Totos vos, sicuti debitum vestrum est, Deo
devoventes et fiduciam in infinita mi-
sericordia sapientia et potentia collocantes.

Beatus qui in omnibus angustiis periculis
et tentationibus externis et internis hoc con-
silium virtute divina fidei vivae exe-
quitur, neque ulla astutia vel vi Satanica
a via angusta Vitae et Veritatis deflectitur,
Justa et debita Sacrificia Deo ille offert
vid. 212. qui in acerrimo conflictu acerbissimam
crucem a manu Salvatoris accipiens, osculatur
filium, judicantem et destruentem opus Satanae

Vide p. praeced.

Cum 1. Joh. II. 14. Juvenes Christiani, dicantur esse fortes, habitante in illis Verbo dei per quod: Principem hujus mundi vicere, indicio est, neminem ad maturam Christi ätatem pervenisse, nisi postquam Sanguine Christi ablutus, Spiritu Christi sanctificatus, superatâ carnali mundanâ propensione; Georgius (?) ... hoc ratione Christi Justitia indutus, è Christi plenitudine plenitudinem gratiä et veritatis adeptus est, Christo in ipso habitante. Interim gratias sufficientes Deo agere non possumus, si mirabile hoc opus infiniti amoris in nobis ceptum sentiamus, dum verbum hoc vivum, libenter auribus internis audiamus, sive nos castiget sive doceat, sive consoletur, quo diligentius illi aures nostras praebeamus, ipsi morem gerendo illud custodiamus et molimina spiritus adversi patienter eludamus, eo magis hic splendor gloriä divinä corda nostra purgabit ut ibi morari possit, quo opus inaestimabile glorificationis divinae in misera creatura perficiatur.

O. oct. 21. In desideriis nostris operatur magnetis-
mus sive Lucis et Vitæ, sive Tenebrarum
et Mortis. Desiderium est fames cibi qui
Spiritum nutrit, Spiritus immortalis nutri-
tur pane Vitæ, Spiritus animalis nutri-
tur lumine corporali. Cibus, omnia desi-
deria nutriens, et roborans, est res
amata, quæ amantem trahit, unde
omnis amor, est fames seu desiderium
rei amatæ. Si per circumcisionem
cordis apti reddamur, ad amandum
Deum toto corde et tota anima, tum
per illum amorem Spiritus noster im-
mortalis virtute divinæ fidei inducitur
ne amor inferior sive desideria
animæ animalis ipsum è tramite recto
nimium abducant. Desideria n. rerum
pereuntium sunt funes et catenæ mortis,
quare solutione eorum, in circumcisione cor-
dis, Spiritum immortalem ex anima animali
extricando, Vita vera Animæ nostræ
redditur, dum amore divino veris desideriis
veris, Fontem Vitæ, nutrimentum æter-
num inde hauriens anima vere vivit
ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα

הרעיפו שמים ממעל ושחקים יזלו צדק תפתח
ארץ ויפרו ישע וצדקה תצמיח יחד
אני יהוה בראתיו

Sicuti Salus humana ex descensione Justitiae Divinae e coelo, et receptione illius in natura humana originem trahit, unde simul Justitia in terra progerminavit. Ita unio haec divinae et humanae naturae in Christo, Fons et origo est Salutis omnium hominum, qui terrestrem suam naturam, corde contrito Soli Justitiae obvertentes, cor suum desiderii in Deum tendentibus aperiunt.

Matt. XXIV. 13.
ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. vid. 2 ll

Crucem usque ad destructionem finalem seminis apostatici perferens, salvabitur quoniam solamen et salus in patientia elaboratur. 2. Cor. 1. 6 unde sua sponte sequitur in progressu fidei nostrae afflictiones et consolationes perpetuum incrementum capere, donec spiritu, anima et corpore sanctificatis, atque hac ratione totali purificatione absoluta HOMO NOVUS aptus redditus sit, ad plenitudinem divinam per Christum e Deo accipiendam. Deus enim id nobis vere desiderat. sive ὁ μαθητὴς … κατηρτισμένος γενῆς ὡς ὁ διδάσκαλος Luc. VI. 40

♀ 26. octbr

הדריכני באמתך ולמדני

Duc me in Veritatem tuam et in Veritate tua. Per Veritatem Deus nos docet Salutem.

Cum in perversa Natura simus Servi tenebrarum, et sub potestate Spiritus apostasiæ in Via mortis falsam et decepticem felicitatem appetamus, ideo prius rogandus est Deus ut nos ducat in Veritatem h.e. aperiat oculos nostros, ut cognita miseria nostra per poenitentiam ad Christum veniamus. Veritas enim quæ est in Christo, luce sua, Statum nostrum nobis manifestat, dum ostendit, quid Creator, quid Creatura, quam abominabile peccatum, dum Creatura originis suæ obliviscens fontem Vitæ deserit, et contra Voluntatem sui Creatoris rebellat, et quam gloriosa felicitas, Creaturæ intentioni amoris infiniti morem gerentis. Hac re probe perspecta, et cruce rebellionis destructrice suscepta, Christo nos per poenitentiam, per patientiam solamen et Salutem adipiscimur, ut tandem in Veritate Sanctificati ducamur in Via Vitæ, in qua Deus in nobis ambulat, atque appropinquatio Divino in אמונה intimioribus mutui amoris signis magis magisque crescit.

Duc me in Veritatem tuam petit Poenitentiam et fidem in Christum; Duc me in Veritate tuâ, petit Fidem in Christo. Ut Vasa aurea gloriæ divinæ fiamus. Sed Va nostræ miseriæ, in qua adeo excæcati, Nuditatem et foedam Animæ exulcerationem ne quidem Videmus.

והדרך צלח רכב על דבר אמת וענוה צדק

Prospere age in Honore et decore tuo, equita super verbum Veritatis et humilitatem Justitiae.

Id quod de Christo hic dictum, applicari potest et debet cuilibet animae fideli, membrum vivum corporis Christi factae. Haec enim verbo Veritatis regenerata, nutrita roborata et armata, debita humilitate suae infirmitatis et indignitatis conscia, atque spiritum animam et corpus suo Creatori et Redemptori, ceu justum sacrificium offerens, Virtuti Fidei divinae innitens, tanquam equo insidens, per hunc mundum aerumnis tentationibus et periculis plenum secure versus Coelestem patriam vehitur, gratiae et gloriae sui Salvatoris particeps facta de hoste gloriosum Deo triumphum agit, atque canticum Novum ori suo ingestum sentit אתה תהלתי ואני תהלתך

In tentationibus probat nos Deus ut imbecillitatem nostram et omnipotentis misericordiae auxilium [illegible] exploratum habeamus

Christus in Nobis, Spes gloriae nostrae.
Nos in Christo, Gloria Dei per Christum in Nobis Manifestata. Per Circumcisionem Christi Coloss. II. hanc felicitatem adipiscimur, quae circumcisio cordis Deut. XXX. 6 in LXX. dicitur περικαθαρισμός, sordes, tenebrarum cor undique cingentes, tollentur, ex intimo Animae Centro Lux exsurget

Lutrando 2. Cor. III. 14. 15. 16. Christus dicitur 19

destruere τὸ κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν, 2

v. 3. p. prae. ut ~~apertâ~~ detectâ facie gloria Dei in anima

nostra tanquam in Speculo repraesentari

atque nos in eandem Imaginem transformare

possit, hoc explicat Circumcisionem Spi-

ritualem, quae in nobis Vitam Divinam

restaurare debet. Sed τὰ κρυπτὰ τῆς

2. Cor. IV. 2 αἰσχύνης, abdicanda sunt, si τῇ φανε-

ρώσει τῆς ἀληθείας, Evangelium

Splendor Gloriae Christi nobis illucesce-

re debeat. Hoc est Voluntas et desideria

nostra revocanda sunt ab illecebris

quibus Spiritus hujus mundi in

carnali nostra compositione nidificans

nos deorsum trahit. Inde illa nebulae

nubes et tempestates, animam nostram

circum sepientes, atque Lumen Solis

Justitiae, quae fons Vitae est, interci-

pientes.

Veritas, Scutum animae se praestat, Creaturae nihil osten-
dendo, ne hostis ad superbiam nos trahat, Creatoris Mise-
ricordiam et amorem nobis repraesentando, ne hostis ad
desperationem nos deducat. Nam tela et laquei Sata-
nae animam laedunt, sive a Deo deterrendo sive abstrahendo.

Ex Veritate prodeunt vera Suspiria sive defectum nostrum deplorantia, sive Divina beneficia grate recensentia, sive necessarium auxilium implorantia.

Sicuti per Verba homo cum homine commu-
nicat mentem suam, ita Deus per Verbum
oris sui nobiscum communicat Naturam
suam quae est CHARITAS. Verba humana
sunt quasi involucra idearum in mente
humana ortarum, sed Verbum oris Dei
est Vera substantia essentialis omnium
substantiarum, adeoq Spiritum Vitalem
continet, vivificantem animos fideles in
silentio creaturarum aptatos ad percipi-
endam Vocem subtilissimam Sapientiae
aeternae ad convivium suum nos invitantis.
Ideoq verbum hoc audientes et observantes
Christus vocat fratres suos, facientes Volun-
tatem Patris sui, quoniam sine hoc Verbo
voluntas divina neq cognoscitur, neq efficitur.
Sicuti in hoc Verbo est Magnetismus Amoris Divi-
ni ita se ei permittentes magis magisq trahun-
tur ad Centrum omnis Lucis et Vitae, atq inde
gloriosiores emanationes ga. illo Centro in
Centro suae animae experiuntur. Sed homo car-
nalis adhuc abripitur ab hoc Fonte Vitae indul-
gendo Voluptati quam anima animalis percipit
ex Magnetismo Centri tenebrarum in mundo exter-
no latentis. Omnis substantia habens Centrum activitatis,
quam magnetismus quidam comitatur

Euge bene Serve, intra in gaudium Domini tui. Esto particeps gloriæ et gaudii Domini, lætare quod Dominus tuus gaudeat de Te, imo quod amor infinitus Domini tui gaudium suum sic felicitate tua completum reputet. Sed quam parum infidelitatem suam agnoscunt, propter quam Jesum Christum Dominum suum, jure merito, vocare nequeunt, imo quam multi in infidelitate gloriantur, vel delectantur, Spiritui hujus mundi potius quam Spiritui Christi morem gerendo. Spiritus hujus mundi desideria animæ animalis ciet et pascit, est autem Spiritus hujus mundi tenebris et maledictione impletus, voluptatibus suis a creatore abstrahendo. Quam primum oculis mentis illuminatus homo hoc cognoscit, atque sincere per Lucem Veritatis e tenebris concupiscentiis extricari desideat, tum incipit lucta inter carnem et spiritum, in qua Deus vult ut armis divinis vincamus, Victoria apud fideles retardatur dum suæ activitati fidant, sive de propensione benigna Dei erga nos dubitant.

Ita. Videmus quod plenitudo Divinitatis in Salvatore nostro habitans, atq ipsum Fontem et Centrum Vitæ efficiens, consistat in illa concentratione Gratiæ et Veritatis, quâ Infinitus Amor in J. C. manifestatus, ad Se venientes et Sitientes Se ipso implere et suas delicias efficere benignissime sollicitus est. Unde J. C. est Via per quam Deus ad nos venit, et tractui amoroso ipsius se permittentes, ad Deum venire juvat. Hæc Veritas, fallaces tenebrarum illecebras non tantum detegit, sed et Vires illarum in corrupta natura infringit. Donec in patientia usq ad finem perseverantes è potestate tenebrarum, in Stimulis carnis et amoris proprii se exserente extricati transponantur in Regnum Filii amoris. Hic Rex Regum gloriam suam in felicitate Subditorum suorum collocando, e plenitudine sua Vires confert in Via Legis amoris Divini ita ambulandi, ut indies frequentius et intimius Deo appropinquando, illum potentius amorem suum nobis manifestare sentiamus, donec in אחדות unus Spiritus cum Sponso Nostro cœlesti facti experiamur Vitam, quæ est in Filio, εἰς τὴν vs. 220.
οὐσίαν τελειώνεται ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ.